



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Ab Alexandro VII. Ad Clementem X.

Luxemburgi, MDCCXLII.

XXVIII. Concessio Indulgentiarum pro Christi Fidelibus Italiæ divinam opem
implorantibus pro tuitione Civitatis, & Regni Cretæ contra Turcas, ac pro
felici directione negotiorum Regni Poloniæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74833](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74833)

impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhibetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 26. Septemb. 1668. Pontificatus nostri Anno secundo.

Anno à Nativitate D. N. Jesu Christi 1668. Indictione sexta, die verò 27. Mensis Septemb. Pontificatus autem Sanctiss. in Christo Patris, & D. N. D. Clementis divina Providentia Papæ IX. anno secundo, supradictæ litteræ affixæ, & publicatæ fuerunt ad valvas Basilicæ Lateranensis, Principis Apostolorum, & S. Mariæ Majoris de Urbe, & in acie Campi Floræ, ac aliis locis solitis, & consuetis Urbis per me Petrum Macharatum SS. D. N. Papæ Curs. Carolus Melaniti Curs. Mag.

pressa, ad eos pervenerint, Processiones pariter in suis respectivè Civitatibus, Oppidis, Terris, & locis instituant, ac memoratum Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum in Ecclesiis per eos respectivè designandis Fidelium venerationi per quindecim dies similiter exponi curent, publicasque preces indicant.

§. 4. Nos enim omnibus, & singulis utriusque sexus Christi Fidelibus verè penitentibus, & confessis, ac sacra Communione refectis, qui Processionibus hujusmodi respectivè interfuerint, vel Ecclesias à qua, & ad quam aliqua Processionum ipsarum fiet, eo die devotè visitaverint, ibique divinum auxilium, ut præmittitur, imploraverint, necnon regularibus utriusque sexus in clausura viventibus, qui similiter confessi, & sacra Communione refectis, pias ad Deum preces in suis respectivè Ecclesiis, seu Monasteriis pariformiter fuerint, plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem concedimus similiter, & largimur. Ac præfatis, & aliis Christi Fidelibus, qui ante Sanctissimum Sacramentum, ut præfertur, exponendum per aliquod temporis spatium piè orando divinam opem ut supra invocaverint, quoties id egerint, toties septem annos, & rotidem quadragenas de injunctis eis, aut aliàs quomodolibet debitæ penitentis in forma Ecclesiæ consueta relaxamus.

§. 5. Volumus autem, ut earumdem præsentium litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhibetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 3. Octobris 1668. Pontificatus nostri Anno secundo.

Anno à Nativitate Domini Nostri Jesu Christi 1668. Indictione sexta, die verò quartâ mensis Octobris, Pontificatus autem Sanctiss. in Christo Patris, & D. N. D. Clementis Divina Providentia Papæ IX. Anno secundo, supradictæ litteræ affixæ, & publicatæ fuerunt ad valvas Basilicæ Lateranensis, Principis Apostolorum, & S. Mariæ Majoris de Urbe, & in acie Campi Floræ, ac aliis locis solitis, & consuetis Urbis per me Gregorium Staggium Sanctiss. D. N. Papæ Curs. Carolus Melanus Curs. Mag.

Decretum ad favorem Magistrorum Cæremoniarum non participantium exigendi à singulis Cardinalibus in promotione ad Cardinalatus honorem triginta sex ducatos auri de Camera, & post eorum obitum ab eorum hæredibus viginti quinque.

CLEMENS PAPA IX.

Ad futuram rei memoriam.

Dudum felic. rec. Paulus Papa V. Prædecessor noster motu suo proprio, ac ex certa scientia Magistris Cæremoniarum centum, ac Secretario, & Clerico, ac Computistæ Sacri S. R. E. Cardinalium Collegii septuaginta quinque à singulis Cardinalibus in promotione ad Cardinalatus honorem, necnon eisdem Magistris quinquaginta, ac Secretario, Clerico, & Computistæ similiter septuaginta quinque ducatos auri de Camera post obitum singulorum Cardinalium, etiam si ad Cardinalatus honorem promoti Romam nondum venissent, & sine illis in Romana Curia, vel extra eam, & ubicumque decedere contingeret, in supplementum mercedis ordinariæ eorumdem Officialium, seu Ministrorum deberi, illisque conjunctim per pro tempore existentes Cardinales prædi-

Concedit ut in rubrica.

Transumptorum fides.

Dat. P. An. 2. die 3. Octob.

XXXIX.

Edita An. D. 1668.

Tenor Brevis Pauli V.

ctos

Dat. P. An. 2. die 26. Sept.

XXVIII.

Concessio Indulgentiarum pro Christi Fidelibus Italiæ divinam opem implorantibus pro tuitione Civitatis, & Regni Græcæ contra Turcas, ac pro felici directione negotiorum Regni Poloniæ.

CLEMENS PAPA IX.

Ad futuram rei memoriam.

Edita An. D. 1668.

Causa constituta.

§. 1. Cum Nos nuper, videlicet die 23. Sept. proximè præteriti processioni ab Ecclesia S. Stanislai Nationis Polonorum ad Ecclesiam Sancti Marci de Urbe à Nobis institutæ, ac Missæ solemnæ, quæ in eadem Ecclesia S. Marci subinde celebrata fuit, una cum Venerabilibus Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus, necnon Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, aliisque Prælatibus, & Officialibus Cappellæ nostræ Pontificiæ interfuerimus; ac omnibus Christi Fidelibus verè penitentibus, & confessis, ac sacra Communione refectis, qui Processioni, & Missæ prædictis interfuerint, vel utramque Ecclesiam hujusmodi eo die visitarent, ibique divinum auxilium tam pro defensione & tuitione Civitatis, & Regni Græcæ contra oppressiones Turcarum, quam pro præsentibus necessitatibus, felicique directione negotiorum Regni Poloniæ implorarent, plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concesserimus, ac ejusmodi Indulgentiæ participes quoque fieri voluerimus regulares utriusque sexus in clausura habitantes, qui ad divinam opem similiter confugerent: Et in diversis ejusdem Urbis Ecclesiis Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum publicè Fidelium venerationi exponi curaverimus, piasque ad Deum preces his diebus indixerimus.

§. 2. Ac similia Christianæ pietatis opera tam in universo Statu Ecclesiastico Nobis mediâtè, vel immediâtè subiecto, quam in Dominio Republicæ Venetorum, erogatis pariter Indulgentiarum muneribus, fieri voluerimus; ut Pater misericordiarum, & Deus totius consolationis Ecclesiam suam sanctam protegere, ejusque hostium impetus, & vires virtutis suæ potentia reprimere, atque confringere, prosperosque rerum eventus benignè largiri dignetur.

§. 3. Hinc est, quod nos divini favoris præsidium in aliis quoque Italiæ Civitatibus, & locis pariformiter invocari, atque conjunctis Fidelium precibus postulari cupientes; Venerabilibus Fratribus Archiepiscopis, & Episcopis, aliisque Ecclesiarum Prælatibus, & Ordinariis Civitatum, & Diocæsium, Oppidorum, Terrarum, & locorum reliquæ Italiæ, seu eorum Vicariis in spiritualibus generalibus per præsentem committimus, & mandamus, ut statim atque ipsarum præsentium litterarum transumpta, seu exempla, etiam im-

Processiones & preces per totam Italiam fieri mandat.